

www.e-rara.ch

Explanatio Vetervm Sanctorum Patrum

Oecumenius

Venetiis, M D LVI

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-137749>

De praeceptione Christi discipulis ne discederent ab Israel: de ascensione eius in coelum,
& substitutione Matthiae in locum Iudae. Cap. I.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EXPLANATIO VETERVM

Sanctorum Patrum, ab Oecumenio ex
diuersis cōmentarijs collecta,
atq; in compendium
redacta

IN ACTA APOSTOLORVM,

IOANNE BERNARDO FELI-
CIANO INTERPRETE.

De præceptione Christi discipulis ne discederent ab Israel: de
ascensione eius in coelum, & substitutione Matthiae
in locum Iudæ. Cap. I.



PRIMUM SERMONEM
feci de omnibus o Theophile, quæ in
cepit Iesus et facere et docere, ad eū
usque diem, quo Apostolis quos ele-
gerat, mādatis per spiritum sanctum
traditis, assumptus est.

SERMONEM inquit primū, non euan-
gelium, cum tamen Paulus euangelium suū 2. Tim. 2. b
appellet, cum ait (secundū euāgelium meū)
iactantiam enim vbiq; euitant: perinde ac Mat- Matth. 1. 2
thæus, qui librum generationis inscribit. Quòd
si Marcus principiū, inquit, Euangelij Iesu Chri Mar. 1. 1
sti, non ita intelligendum est, vt sua scripta euan-
gelium vocarit, sed Christi prædicationem: cuius
initium fecisse Christum manifestū est, vbi pri-
mum à Ioannis baptisate prodijt. Generatio
autem ex Virgine, quæq; ad eam spectant, reuela-

tionis mysterij Christi, eiusq; hominis facti origo exiit. quo etiam principio suarum historiarum et Matthæus, & ipse hic Lucas vli sunt. Quãquã hæc scripta, quippe quæ verum euangelium, id est Christi doctrinã continẽat, fideles postea euangelia appellanda censuerũt. Cũ vero (de omnibus) inquit, Euangelistæ Ioãni videtur aduersari. ille siquidem nõ posse hæc vlllo modo scribi asserit: neq; enim mundum libros qui scriberentur, esse capturum: hic de omnibus a principio ad assumptionem vsque sermonem fecisse scribit. quid igitur dicendum: Lucam nempe hic dicere se de omnibus necessarijs atque ad rẽ pertinentibus nihil prætermisisse, quibus prædicationis diuinitas ac veritas cõprehendatur. quippe cum etiam ipse Ioãnes de omnibus his disseruerit. nihil. n. prætermisit, quo possit vel verbi secũdũ carnẽ dispensatio credi atq; agnosci, vel diuinitatis magnificentia emicare, atq; inotescere. O T H Eophile) princeps erat hic Theophilus. nec mireris q; vnus viri causa tantũ laborẽ suscepit Lucas, vt duos ipsi itegros ac iustos libros conscripserit. seruare enim Domini mandatum studebat, qui ait, nõ est volũtas patris mei, vt vnus ex paruis & puillis his pereat. E T F A cere & docere) de passione intelligit & miraculis quæ fecit, vel quia ex ihs quæ ipse agebat, monere consueuerat. A D Eum vsq; diem) ordo: ad eum vsq; diem quo assumptus est: reliqua interposita sunt. M A ndatis per spiritũ sanctum traditis) vel quia spiritalia mãdata significat, nihilq; in se mundanum præ se ferentia: vel

Ioan. 21. g

Matt. 18. b

vt spiritum in eo insitum, cognatumq; ostendat: quippe qui nihil eorum quę a Deo perficiuntur, in se habeat, quod a sanctificatrice persona deficere videatur. Quę vero sunt hæc mādata: eun-
tes docete omnes gentes baptizātes eas in nomi-
ne patris & filij & spiritus sancti. A S S um-
ptus est, inquit, non ascendit; adhuc enim de eo
tanq; de homine loquitur.

Matt. 28. d
Luc. 24. g

Q V I B V S etiam manifestauit seipsum uiuentem posteaq; passus est, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens ipsis, & loquēs de regno Dei.

Cum dixisset (assumptus ē) ne aliquis alterius potestate id factū existimaret, statim quod propria facultatis erat, subiūxit (quibus etiam manifestauit seipsum uiuentem) vt autē & passum esse & surrexisse eūdem ostenderet, adiunxit, (posteaq; passus est) **P E R** dies quadraginta non, in diebus: non enim assidua cum ipsis consuetudine utebatur, quēadmodū ante passionē, sed intermissa: partim vt maius ipsis desiderium presentię suę excitaret: partim vt sublimiorē, diuiniorēq; naturam suam ostenderet. **A P P A**rens ipsis) qua de causa non omnibus, sed Apostolis tantum apparuit: propterea q; plerique alij mysterij arcana nō intelligētes visum quoddam, atq; vmbra eum esse existimassent. nam si discipuli ipsi a principio nō credebant & turbabantur, quid facturum fuisse vulgus putandū est: Iccirco ex signis quorum faciendorum gratiam acceperant Apostoli, indubitata resurrectionis fidem, cōmunēq; facit: vt non illis solum

mōdo qui tunc fuerunt, id quod ex sola visione euenturum erat, sed omnibus etiam alijs qui postea successerunt, resurrectio fuerit manifestata. **E T** loquens de regnō Dei) Hinc possumus cognoscere Christum post resurrectionem quoque discipulos docuisse.

Luc. 24:8

E T conuersans praecepit ipsis ab Hierosolymis ne recederent, sed expectarent promissionem patris, quam audiuisis ex me.

E T conuersans, vel vt verbum verbo exprimamus, consaliens, id est comedens & bibēs: hoc est salis & mensa particeps factus, græce id est συναλιζόμενος. Ab Hierosolymis autem ne recederent, monuit, eo quod volebat eorum permansione resurrectionis fidem certiores reddi, tum ex miraculis quæ ex inuocatione crucifixi efficiebant, tum ex eorum afflictationibus atque oppressiōibus: qui cum a Iudæis multis malis afficerentur, non modo ab eius qui crucifixus fuerat, & surrexerat, amicitia non recedebat, verum etiam pro eo constanter moriebatur. quod si ab Hierosolymis statim discessissent, nihilque ex his fuisset subsequutum, dubia ac suspecta resurrectio videri potuisset: presertim cum multi etiā illic essent, qui erant credituri. Accedit, quod ea quoque de causa expectandum illis fuit, ne aut aliqui dicere possent, eos relictis suis ad externos gloriabundos abiisset: aut ipsi nondum virtute spiritus armati ad congressus aduersariorum imbelles redderentur. **P** Romissionem patris) Et vbi hoc promisit pater: dicendum, vel per defectum (ab) prapositione

luptatem perciperent. Adde q̄ prius oportebat naturam nostram in cœlo apparere, perfectamq; & integram fieri reconciliationem: & tunc postea spiritum descēdere. Vide præterea, quo modo ne rursus post assumptionem abeant, expectatione hac, quodam quali vinculo omnes ibi detineat.

Luc. 24. b Quòd Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autē baptizabimini spiritu sancto nō post multos hos dies.

Principio apostoli aqua baptizati fuere, deinde etiam sancto spiritu. Hic excellētiam suam Christus qua Ioānem excedebat, manifeste iam ostendit: & non ita obscure, quemadmodum cū dixit, qui minor est in regno cœlorū, maior Ioāne est. **Math. 11. b** V O S autē baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies) baptizabimini inquit, non baptizabo, vt iactantiam vbique euitet. **Math. 3. c** Præterea cum Ioannes id præmonuerit, cum inquit (ipse vos baptizabit spiritu sancto, & igni) superuacaneum erat, vt idem per se ipse confirmaret. non ne in cœnaculo sine aqua ipse gratia baptizat: principalior enim est spiritus, per quē etiam aqua ipsa vim habet. nam ipse etiam sine oleo Christus, id est vnctus effectus est.

Qui igitur conuenerant, interrogabant ipsum, dicentes: Domine in tempore ne hoc restituis regnum populo Israel?

Math. 24. a Vide hic, quoniam ante passionem de mundi consummatione interrogauerant, non amplius de eadem re nunc, sed de regno mundano scisci-

tantur: adhuc enim imperfecti erant. simul autē congregati interrogant, vt vel ex ipsa multitudine impetrare possint. Cum vero ante passionē audiuiissent, neminem nosse diem, rursus tamen etiam nunc interrogant. Nam quia audiuerant se accepturos esse spiritum, reliqua etiam quasi digni volebant cognoscere, & simul molestijs liberari cupiebant. Non dixerunt autem, quādo, sed, in tempore ne hoc: id est, nūc ne: tanto diei illius desiderio tenebantur. ac nondum, vt mihi quidē videtur, certo quidnam esset regnum, cognouerant: quippe cū nōdum adesset spiritus, qui postea omnia docuit. Dixerunt (restituis) quia maiora posthac de ipso concipiebant. Vnde etiam ipse remissius respondit. nō enim dixit, neque filius nouit: sed, non est vestrum. ne tamen penitus desperarent, subiunxit, sed accipietis vim &c. cūque illi non de consummatione interrogarēt, ipse id quod nō inquirebant, docet, more optimi magistri: qui non ea quæ volūt discipuli, sed quæ conferunt, docere consueuit. iccirco non ad interrogationē, quippe quæ nihil vtilitatis in se habebat, respōdit: sed quod vrgebat, maxime docet. tūc enim ipsis maxima spiritus necessitas erat.

Matt. 24. e

Matt. 24. e

Dixit autem ad ipsos, non est uestrum cognoscere tempora uel momenta.

Vbique a futurorum cognitione ipsos remouet, non quod ignoraret, sed quod nullam ex eo vtilitatem ad animæ salutem consequuturos ipsos sciebat. vnde etiam superius nulla certa præfinitione ad eos ita dixit: vos autē baptizabimini spi-

ascensum in cœlum aggressus est. Addit autem (videntibus ipsis), propterea quod hac in re principium facti ad fidem ipsorum confirmandam precipuam vim habuit: finis non ita. atque ideo etiam duo illi viri astiterunt, qui deuenisse ipsum in cœlum docerent. neque enim in finem usque penetrare ipsorum visus poterat. sed in resurrectione contrarium euenit: principium siquidem in ea visum non est: eo quod cum & ipse qui surrexerat, viuis conspiceretur, & sepulcrum vacuum, superuacaneum id erat futurum: finis tamen manifestus fuit, cum viuis ipsis apparuerit.

Et nubes ab oculis ipsorum eum suscepit.

Nubes dominum suscepit, ut æqualem eum patri esse significaret: quippe cum (nubes et caligo in circuitu eius) de patre dictum sit. præterea qui carnem assumpsit Deus nubis vehiculo visus est, est. n. Dominus: Helias vero ignis. hic enim ut potè vniuersi dominus & propria potestate ascendens, nubem quæ terrenum quoddam est, ac deorsum tendit, ad ascensionem assumit, quippe cum non magis vehatur, quàm vehat. at Helias quia erat feruus, propterea curru, qui ea esset natura, ut sursum ferretur, indiguit, & equis, qui accelerando ad superiora iter peragerent. vnde de illo dictum est) ascendit Helias in cœlum & turbine quasi in cœlum (de Domino vero dicitur) eunte ipso in cœlum. Duo autem viri albis induti tunicis reditum Domini in cœlum confirmant, propterea quod penes duos & tres testes certitudo verbi constituit.

Psal. 96. a

4. Reg. 2. b

4. Reg. 2. b

ritu sãcto nõ post multos hos dies. Quòd si q̄ras
 cur vel non statim spiritum demiserit, vel saltem
 certum aliquem terminum aduentus eius non si-
 gnificarit: illud tibi sciẽdum est, nec statim post
 ascensum spiritum accessisse, quo maiori postea
 desiderio exciperetur: nec ad certum diem, quo
 solliciti de aduentu eius discipuli, paratioreque
 efficerentur.

Quæ Pater posuit in propria potestate.

Aduertendum an hoc rerum humanarũ præ-
 scriptionem, id est fatalem necessitatem tollere
 volentibus non parum afferat argumenti. nã cũ
 inquit (quæ pater posuit in propria potestate) fa-
 tum tollit. sed si pater, etiam filius: omnia enim
 quæ sunt patris, filij quoque esse manifestum est.

*Sed accipietis uim superuenientis in uos spiritus
 sancti, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni
 Iudæa, & Samaria, & usque ad extremum terræ.*

Matth. 10, a

Quoniam antea præceperat, in viam gẽtium
 ne abieritis &c. solis enim se missum esse ihs qui
 ex israel erant: nunc vnã cum his, & Samarita-
 nis, & reliquis gentibus prædicationem cõmuni-
 cat: & simul in vniuersum orbem pietatis sermo-
 nem diffundendum esse prænuntiat. quod enim
 inquit (usque ad extremũ terrę) quid aliud q̄ hoc
 significet, non video.

Luc. 24: g

Et cum hæc dixisset, uidẽtibus ipsis subleuatus est.

Cum abduxisset ipsos, auocassetq; a vana alia
 nugacitate, ne rursus eum interrogarent, statim

Et cum intente suspicerent eunte ipso in cœlum, et ecce duo viri astiterunt ipsis in ueste alba.

Angeli in hominum specie ob euidenciam apparentes ex cognatione aspectus ac formæ vaticinantur: ne profus eos turbarent, qui nouitate assumptionis terrefacti iam erant.

Qui dixerunt: viri Galilæi quid statis inspicientes in cœlum?

Viri viris loquebantur, & tamen inter se cognati, consubstantialesq; non erant.

Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlum, ita ueniet, quemadmodum conspexistis ipsum euntem in cœlum.

Ne turbentur discipuli, & quasi abierit magister, corpusq; ei dissolutum euanuerit, spe aduentus eius omnino in posterum priuentur, ac propterea aliò aliis præ timore dispergatur: iccirco assiltunt viri hi duo, qui et ascensum eius in cœlum, & assumpti corporis conseruationem, per mansionemq; ipsis declarant, cum inquit. Hic Iesus ita ueniet rursus &c. Cũ vero dicunt, quid statis: monent, vt omissa occupatione hac in re in Hierusalem abeant ex Domini præcepto, qui dixerat, ex Hierosolymis ne recederent. Vnde cũ illuc accessissent, atque essent adhuc ob magistri discessum atque absentiam subtrepidi, non per urbem diuersabantur: sed in coenaculum ascendentes quasi in tutũ atq; occultũ locũ sese abdidere.

Tunc reuersi sunt in Hierusalem ex mote qui uocatur Oliueti, qui prope Hierusalem est sabbati habens iter.

Sabbati iter miliare vnū est. nā sabbati iter, ut inquit ORIGENES in quinto stromate, duorū miliū cubitorum erat spatium. ac sanctū tabernaculum, atq; arca tantum in tentoriorum metatione spatium occupabat: tantaq; loci distantia figere tabernacula consueuerant. quod sane itineris spatium sanctum tabernaculum adorare volenti sabbati die obire vnicuique licebat. Atque hinc die sabbati assumptionē hanc esse factā CHRYSOSTOMVS opinat: idq; ex eo significari inquit, q; subiungitur (sabbati habens iter) ne in sabbato longiori vsi itinere videretur, q; quod lex eo die faciendum prescribebat.

Quò cum ingressi essent, ascenderunt in coenaculū, ubi cōmorabantur, Petrus & Iacobus & Ioannes et Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomeus & Mattheus, Iacobus Alphaei, & Simon zelotes, et Iudas Iacobi. hi omnes unanimiter perseverantes cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius orationi et obsecrationibus uocabant.

Petrus soluēs seu agnoscēs. Iacobus supplantator laboris. Ioannes gratia Dei. Andreas potentia speciosa, vel condemnatus. Philippus os viuarum, vel os lampadis. Thomas abyssus, seu geminus. Bartholomæus filius suspendēs aquas. Mattheus donatus. Iacobus Alphaei supplantatio. Simon zelotes disciplina vitæ. Iudas Iacobi

confessio: hic etiã Thaddæus appellabatur. Di-
 scipulos nominatim enumerat, vt eos ostēdat ac
 declaret, quippe qui in passione aberrauerant.
 Iudas enim se ex apostolorum cœtu prorsus ex-
 truderat. at Petrus & permanfit, & a magistro
 per ternam interrogationē reuocatus est. Si autē
 Christi matrem accepisse Ioānem in propria ac
 sua scriptum est, cum Ioannes adesset inter apo-
 stolos, ipsa quoq; simul affuit. **ALITER.**
 Non temere discipulorū enumerationē facit: sed
 vt ostēdat, qui ex ipsis interierint, et qui i errore
 & casu non p̄stiterint. Petrus. n. qui Christū ne-
 garat, amaris lachrymis crimen illud abluit. id
 quod ex eo patuit q̄ paulo post ei rationalis gre-
 gis cura cōmissa est. Thomas item qui non cre-
 debat, contrectando manibus vulnera & latus
 incredulitatis malo sanatus est. ita vt cum reli-
 qui omnes adessent, solus Iudas defecerit. Aderat
 item Maria virgo deipara, propterea q̄ qui eam
 assumpserat, acceperatq; in propria Ioannes, &
 fratres aderant. vnde si Ioseph sponsus vixisset,
 ipse quoque affuisset: p̄sertim cum nunquam,
 sicut alij ipsius cognati, de Christi dispensatione
 dubitarit. Sed iam diu proculdubio mortuus fue-
 rat. Nam neque tunc aderat, quando Iesum do-
 centem inspicere atque alloqui cognati volebāt,
 quid enim inquit mater tua & fratres tui foris
 quarunt te: non autem, pater.

*Et in diebus his surgens Petrus in medio discipu-
 lorum dixit, eratq; illic turba nominum simul circi-
 ter centum & uiginti.*

Surgit Petrus nō Iacobus, tū quia feruētior, tū quia discipulorū p̄sidetiā sibi cōmissam suscepit. accedit, q̄ māfuetus erat Iacobus, p̄cibusq̄ & quieti vtilior, atque aptior, cū alij videlicet rē tractarent, vnde etiam Hierosolymitanam ei sedem concessere. Vide tamen q̄ omnia Petrus cōmuni e consensu, non imperiose agat. Aderāt autem centum & viginti ex ijs qui Domino crediderant. licet enim quingenti & septuaginta fuerint, quos vidiisse Dominum asserit Paulus postea q̄ resurrexit: hic tamen non nisi tot numero fuerunt: quos verisimile est selectiores fuisse, & feruentiores, atque huiusmodi, quibus arcana cōsilia crederentur.

1. Cor. 15. b

Viri fratres oportebat impleri scripturam hanc, quam prädixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui dux fuit iis qui Iesum comprehenderunt. q̄ nobiscum fuerit cōnumeratus, & sortem ministerii huius sortitus.

Psal. 40. c

10ā. 18. a

Consolatur ipsos ex prädictione, & non dicit (quā Dauid dixit) sed (quā spiritus sanctus per os Dauid) quid vero id erat: quē videlicet in octauo & centesimo psalmo continentur, quæ etiā ipse paulo vltius cōmemorat. Quod autem hic de Iuda inquit, vide q̄ mansuete & minime odiose referat. non enim ait de scelesto Iuda, ac detestabili, sed simpliciter quod factum fuit, declarat.

Hic quidem agrum sibi ex mercede iniustitiæ comparauit, & preceps deiectus crepuit medius, et omnia

Matt. 27. 3

uiscera eius efusa sunt: id quod omnibus qui in Hieru-
salem habitabant, innotuit: ut ager ille propria ipsorū
lingua Aeldema, id est ager sanguinis fuerit uocatus.

Psal. 68. c. Scriptum enim est in libro psalmodum, fiat cōmoratio
eius deserta: & non sit qui inhabitet in ea: & presi-
dentiam eius accipiat alter.

Psal. 108. b

Comparauit, non ad Iudam referens dixit: nō
enim ipse fuit qui emit agrum, sed sacerdotes pe-
cunijs quæ ab Iuda proiectæ in templo fuerunt:
sed quia tamen mercedem eam prodicionis Iude
tradiderant, ei agri cōparatio ascribitur. & quia
ad sepulturam ager is assignatus erat, scriptura
ea fuit expleta, quæ ait (& cōmoratio eius deser-
ta) quid enim sepulcris desertius est? cū vero in-
quit, & περὶ τῆς γενόμενος. i. pronus seu præceps effe-
ctus ac delectus crepuit, id est discissus ē, medius,
ostendit eū simul ac Dominum prodidit, ex ni-
mia negligentia & ignauia desperando sine hoc
defunctum fuisse, dum sese suspensum præcipitē
deiecisset. cōparatio alij sunt, qui rupto fune quo suspē-
sus fuerat, pronum ac præcipitem in terram eum
delapsum fuisse interpretetur, atque ita crepui-
se. alij supuixisse etiā aliquādiu post suspēdiū au-
tumāt. Cū autē hæc de ipso post quadraginta dies
cōmemoret, statim post prodicionē contigisse ea
ostēdit. Cōmemorat autē hic Petrus præsentē Iu-
dæ miseriam, ppter ea q̄ ibecilliorū animi præsen-
tibus maxime moueri ac corrigi cōsueuerūt. ne-
que auget atque exaggerat peccatum proditorē
eum uocando, sed pœnā in quā incidit, dū quod
passus est, refert. Aeldema autē agrum eum nō

ab Iuda sed ab Iudæis vocatum fuisse asserit, cū inquit (propria ipsorum lingua) quippe cū etiā Matt. 27.2 ipsi iniuste illud factum fuerint testificati.

Oportet igitur ex his uiris qui nobiscum conueniunt in omni hoc tempore, quo ingressus & egressus est ad nos Dominus Iesus a Ioannis baptisinate incipiens ad eum usq; diem quo a nobis assumptus est, ex his inquam unum testem resurrectionis eius nobiscū fieri. & statuerunt duos, Ioseph qui uocatur Barsabas, qui cognominatus fuit iustus, & Matthiam. & cum orassent, dixerunt: tu domine cordis omnium cognitor, ostende quem elegeris ex his duobus unum, ut sortem ministerii huius & apostolatus accipiat, ex quo Iudas præuaticatus est, ut in propriū locū abeat.

Cōmunicat cum ipsis hoc, ne res in certamen veniat, in contentionemq; incidant. Propterea etiam in principio, viri fratres, inquit, oportet ex vobis eligi, multitudinī iudicium cōmittens: vt simul & eligēdos venerabiles reddat, & se se ab aliorum inuidiā absoluat. quodq; hoc oportet fieri, prophetae testimoniū adducit, qui ait, & præsidentiā eius accipiat alter. Ex quibus autē hoc faciendum est: ex ihs nimirum qui ex contētu cum ipsis mora temporis experimētum sui exhibere potuerūt. quocirca neq; ex probis dixit, ne alios contumelia afficere videretur, atque offenderet. addidit autem (a Ioānis baptisinate incipiens) propterea q̄ ea quæ antea facta fuerāt, nemo ex ipsis visu & præsentia nouerat, nisi so-

lus ille qui eos elegerat, sed spiritu tantum perceperant. Teste vero resurrectionis, dixit, eo quod diuinitatis Iesu summa ea precipue est. miraculo enim quod ante passionem fecerat, etiam ex infidelibus qui inspexerant, multi erant testes. At enim explere apostolorum numerum studebant, ne magistri electio quasi manca & detruncata relinqueretur. neque tamen multos statuerunt, sed duos tantum ea de causa, ne si multi ex ea electione essent reprobandi, maior inter ipsos tristitia suboriretur. Barsabas & iustus nomina vel distinctio nis sunt, vel studij. Opportune vero cordium cognitorem vocant: neque dicunt, elige, sed ostende electum: quippe cum omnia cognita & definita ante etiam quam quippiam cogitemus, apud Deum sint. Sortem appellat, seu hereditatem, ut totum esse Dei benignitatis, & electionis significet: quin & veterum etiam meminit: quod & Leuitas Dominus ita fuerit sortitus: & definite ministerium prescribit (ministerij huius) subiungens, eo quod alia quoque ministeria inter ipsos erant. At cum (proprium) inquit, vel de suspendio intelligit, quo per proditionem dignum se reddidit, in quodque abiit Iudas: vel de loco in quem expulso Iuda alter sibi proprium presidentia eius accepta erat successurus: ut sensus sit: ostende vtrum elegeris, ut in proprium locum abeat.

Numc. 18. c

Et dederunt sortes ipsorum, et cecidit fors in Matthiam. & is undecim apostolis cooptatus est.

Cum nondum integre essent perfecti, sorte & non signo eum qui dignus sit, agnoscunt. Reprobata

bata autem fors non est. nam si in Iona vim habuit, vbi ignobiles e vulgo homines sortitionē fecerunt, quid in sanctis, & qui orationibus & precibus rem comiserant, cēsendum est? Si enim illorum rectus animus solus eas direxit, diuinorū virorum recta sententia multo magis efficere id potuit.

De diuino spiritus sancti in die quinquagesimę in credentes descensu. vbi varijs linguis loquitur Apostoli: & Petrus de passione & resurrectione & assumptione Christi, & dono spiritus sancti ex prophetis commonitionem facit. & tria milia Iudeorum baptizantur. Cap. II.

ET DV M completeretur dies pentecostes, erāt omnes unanimiter in eodem loco: & factus est repente de cœlo sonus tanq̄ flaminis uiolenti quod deferretur: repleuitq; totam domum ubi considebant. & inspectę sunt ipsis dispersitę linguę quasi ignis: inseditq; supra unumquemq; ipsorum. & repleti sunt oēs spiritu sancto: & loqui diuersis linguis cœperūt.

D V M completeretur dies Pentecostes, id est quinquagesimę, hoc est dies qui est ad pentecostē, atq; ipsam efficit, & terminat: circa ipsum festum, quando iam erat tempus vt tempestiuę spirituali messi falx inīceretur: quando ob festū multi aderant ex ihs etiam qui ipsum cruci affixerant, vt sui sceleris, atq; homicidię conuincerentur. Repente autem sonus, & non absq; manifesto sensu spiritus aduentus, & de cœlo effectus est, vt & repentino accessu terrefaceret, atq; exsurbaret magis omnes, ad concursumq; excita-